



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 115. Connestabilis Mediolani Præfectura se abdicat

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. clementia ac lenitate ad Gallorum studia
 A.C. 1516. esse revocandum, nullatenus vero fune-
 sta malorum acerbitate exasperandum.

§. CXV.

*Connestabilis Mediolani Præfectura
 se abdicat.*

Connestabilis accepto Regis responso, quantocius Rege præsentem Mediolanensem Præfectura se abdicavit, probe conscius, Gallos brevi Romanæ Curie ministerio hoc Ducatu spoliandos. Igitur Lautrecus callidis artibus, quæ in præfenti tamen rerum vicissitudine prorsus importunæ erant, usus, Mediolani Gubernator a Rege renunciatus est: Romæ autem Laurentius Medicæus solemnibus ritu Urbinatis Ducatus insignibus a Papa ornabatur, Ruvereo Duce inde deturbato, ac Mantuam aufugiente.

§. CXVI.

Joannis Albreti molimina ad recuperandum Navarrae Regnum.

Gomes. in vita Xim. l. 6.

Brevi Navarrenses Castellanorum dominatum pertæsi erant, atque ipsi Beaumontii, qui Joannem Albretum paulo ante expulerant, jam primi eundem revocabant, illumque de consiliis, quæ ad illum regno restituendum suscepissent, edo-